



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CXXX. Stephanus VIII. Anno Christi 939. Constantini VIII. 28. Cum Romano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

*Septimus exurgit Leo, nec tamen ista  
volutans,*

*Nec curans, apicis mundi nec celsari  
quirens,*

*Sola Dei qua sunt, atacri sub pectore  
volvens,*

*Culminaque evitans, oblata subire ve  
nutans,*

*Raptus at erigitur, dignusque nitore  
probat*

*Regminis eximii, Petrique in sede lu  
catur.*

*Sed minimè assuetam linquit decore  
mine curam,*

*Deditus assiduis precibus, specularum  
celsus,*

*Afflatu letus, sapiens, atque ore serenus  
Qui me visentem Aetherei pia limina*

*Petri*

*Jucundè excipiens, &c.*

(2) Baronius ad an. 900. §. 1.

CXXX.

STEPHANUS VIII.

ANNO CHRISTI 939.

CONSTANTINI VIII. 28. CUM  
ROMANO.

STEPHANUM VIII. Germanum  
(1) annitente Ottone Germaniae  
Rege

Rege, per suffragium populi, non Bar. an.  
 admittis Cardinalibus, electum fuisse, 939. §. 6.  
 scribant aliqui, addentes ob id invi- Pag. §. 4.  
 sum Alberico, ejusque factionis ho-  
 minibus, ita deformatum inhonestis  
 in facie vulneribus, ut prodire, &  
 in conspectu civium esse erubescer-  
 ret. Ego Stephanum ac fautoribus  
 Alberrici malè habitum, quod Ba-  
 ronius narrat ex vetere libro de  
 Romanis Pontificibus, facilè credo.  
 At verò Ottonis operâ creatum fuisse  
 Pontificem, id usquequaque probare  
 non possum, cum Otto Rex Germania  
 eatenus nihil juris habuerit in Italia,  
 neque ei electioni se immiscere potuerit,  
 bellis domesticis occupatissimus, & lon-  
 gius absens, quàm ut nuntium de morte  
 Leonis acciperet ante electionem successo-  
 ris; nisi fingere velimus duobus vel tri-  
 bus mensibus vacasse Sedem. (2) Ste. Bar. an.  
 phanus anno 942. Damasum Epi. 942. §. 1.  
 scopum misit in Galliam cum litteris  
 ad principes Regni, ut Ludovicum  
 IV. cognomine *Transmarinum*, à quo  
 defecerant, cohererent haberentque pro  
 Rege, eique dicto audientes forent,  
 excommunicatione inhibitâ, nisi id  
 ante Diem natalem Christi Domini

Ll 3

face-

facerent obedienter, eaque de re  
 Bar. an. Legatos mitterent Romam. Eodem  
 943. §. 1. anno mense Decembri ineunte de-  
 Pag. §. 1. cessit, cum circa diem decimum octa-  
 vum Julii subrogatus Leoni VII.  
 regnâisset annos tres, menses quatuor,  
 & dies quindecim.

## ANNOTATIONES.

(1) A Ciaconio dicitur *in Germanis*  
*educatus.*

(2) Papebrochius in Conatu Chronico  
 Historico apud Bolland. tom. 8. Maji pag.  
 159.

CXXXI.

MARINUS II.

ANNO CHRISTI 942.

CONSTANTINI VIII. 31. CUM  
ROMANO.

MARINUS II, quem alii *Mar-*  
*tinum III.* vocant, (1) Roma-  
 nus, ante diem quartum Februarii  
 Stephani VIII. locum tenuit. Totus  
 Bar. an. 943. §. 1. fait in constituenda Ecclesiæ disci-  
 Pag. §. 1. plina, templis instaurandis, inopia  
 pauperum sublevanda, diffidiis inter  
 Christianos Principes componendis:  
 & referente Leone Ostiensi lib. 1.  
 Chro-